

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 69. (*Neovidensis* 1806. Nro. 62.)

*Secretum litterarum commercium vivos inter
ac mortuos.*

Epistola data ad Herodotum in Elysium.

Ex mundo superiore.

Elysium -- Meum. - Die Veneris 15, Augusti 1806 (Neov. I. Aug)

Profecto lachrymas funderes, si pedem referres in patriam, cujus historiam ita praestanter, ita vere scripsisti. Ista est vicissitudo rerum in mundo. Graecia, incunabula artium, et scientiarum, templum heroicarum virtutum, et schola magnitudinis, atque excellentiae effecta est barbara, quod illa tuis temporibus aliis nationibus objiciebat. Pauci tantum hodiernorum Graecorum norunt res gestas suorum Majorum, et subjecti populi, eatenis onusti peragrant celeberrimam a factis Heroicis terram. Herodote! non solvereris in fletum?

Cadunt imperia, regna et splendidae urbes. Quaelibet ferme provincia sua habuit heroica tempora, sed oblivioni sunt tradita. Nullus poëta ea cecinit, nullus historicus memoriae prodidit. Magnitudo, et facinora Heroum errant per orbem, quemadmodum

commercium, artes, et scientiae. Sequuntur eversiones, et quid sit? Vix rudera videntur, ubi magnifica prius steterunt regna, et urbes. Inquirimus in locum, ubi Sparta stetit, ubi Babylon eminebat. Si est alicubi palmus terrae, in quo magnitudo, & heroica vigent facinora, post aliquot annorum intercapendinam, omnia tenebris involvuntur, Herodote! Nonne iste erat cursus rerum semper inter homines? Nonne illi se extulerunt omni tempore, ut eo graviore ruerent lapsu? Suntne emendati doctrina historica, & exemplis Avorum?

Non est omnino animal in mundo, quod se, suaeque inepta, & mala facta magis excusaret, atque — homo. Fatebiturne unquam se aliquid indigni commisisse? Quod tamen illi et coram Deo, & aliis gratiam pareret, si ingenue quod res est, affirmaret: Pater! vel Frater! erravi. Hoc verbum bono animo prolatum, placaret alios, et finis esset omnium certaminum.

Verum homines nequeunt pacifice inter se vivere; et tamen tam acerbus in faucibus, et stomacho est sensus, tam inamaena in toto corpore commotio stomachari! Et quam ob causam? Ob inconsideratum verbum, ob nugam, quam, si expenderent, exciperent risu, sed malunt manus conserere.

Hoc detexit Martinus Sachs in domesticis sui Patris annalibus. Ille non est Herodotus, dicit tamen moralem veritatem, quae nobis, proh dolor! apprime convenit.

Heroica Graeciae temporae in dissensionibus diffluxerunt; ejusque magnitudo, ut tu Herodote! insigniter adnotasti, dissoluta est. Nos Germani, eadem progredimur via, atque propediem assequemur Graecos. Nos sed in majori circuitu, eadem diversitate Imperii formarum utebamur in nostra patria, uti Graeci; conjunctio Imperii erat decantatum illud Palladium nostrae constitutionis, et Germania fuit patria omnium Germanorum, sicut Graecia Graecorum. Ita nos eorum vestigiis institimus, ita etiam in discordiis imitati sumus, et quorsum devenimus? eo, quo Graeci, dum ab Alexandro Magno vincebantur.

Novus ordo constitutionis nascitur ex heterogeneis dissensionum elementis. Primis mensis Augusti diebus Foederativum systema ubique publicatur. Interim sequentes mutationes jam effectui datae sunt:

G e r m a n i a .

Friburgo 26. Julii. Die 22. hujus Actualis intimus Consiliarius, Liber Baro de Drais, et intimus Referendarius Maier discesserunt Heidersheimium ad occupandum gubernium cum omnibus administrationis partibus, ipsa etiam bona Cameralia, nomine suae Electoralis Serenitatis Badensis, et cum Friburgensi gubernio, et Camera conjungendum. Hac occasione Sua Serenitas exaravit litteras ad Dominum Principem Magnum Priorem, in quibus ad majus ei adferendum lenimen de-

clarat, in hac secundum novissimum politicum nexum, et ad altius mandatum conclusa publica constitutione ejus personae benignam esse habitam rationem.

Litterae Monachienſes aſſerunt, tractatus Bavariam inter, et Herbipolim jam eſſe terminatos; Rex Bavariae cedit Domui Electorali Herbipolitanae imperium in omnes Ordines equeſtres Principatus Herbipolitani, uti eos ſua Regia Majeſtas occupaverat, praeterea ad ordinem Theutonicum pertinentes Praefecturas, item 2. Officia M nnerſtadt, et Gelechsheim, cum parte urbis Aub, denique cunctas poſſeſſiones in dextra Maeni ripa ſitas inde a Staffelbach excluſo tamen Svevoſurto, ejuſque territorio, quae inter bona Coronae referuntur. Contra Elector Herbipolitanus transfert in Bavariam omnia Herbipolitana bona trans Maenum uſque ad limites onolsbaccenſes pone Kitzingam, nec non tradit herbipolitanos incolas hucdum in ſtipendiis militaribus Bavaricis exiſtentes, quem in finem 5. levis peſtris legio Delamotte Ambergae ſtativa habens Bambergam tranſivit.

G a l l i a.

Parisiis 27. Julii. Die 6. Julii Generalis Lauriſton Ragusa, et Generalis Molitor ex oppido Stagno profecti ſunt, ut copias Ruſſicas, et Nigromontanas a fronte, et tergo adorirentur, factumque eſt, ut multos eorum caederent, ex territorio Ragusano expellerent, et uſque ad viciniam montis nigri perſeque-

rentur; qua occasione amiserunt rem suam tormentariam, et nominatim 8 tormenta, e quibus 36 librarum globi emitebantur, atque plura mortaria.

Nigromontani gravissime affixerunt incolae Provinciae Ragusanae toto eo tempore, quo exiguus numerus Gallorum iis resistere non potuit; Ragusani patientissime tolerarunt omnes incommoditates. Tandem parva isthaec certamina, quae nonnisi ad augendam hominum calamitatem tendebant, finita sunt, quin ulla inde in publicum permanerit utilitas; Russi conscensis navibus iterum in Corcyram navigaverunt.

Fama fert, sed incerta, ab incolis Latinae Ecclesiae addictis occupatam esse arcem Cattaro, eamque contra Graecos, et Nigromontanos defendi, qui partibus Gallorum multum faveat. Ita Monitor.

Lordius Jarmouth, qui nuperrime iterum ex Anglia revertit, putatur brevi publicum legati characterem assumpturus.

Nanceo 26. Julii, Dominus Oubril paucis post subscriptam Galliam inter, et Russiam pacem horis itineri se accinxit Petropolim versus, dicitur nocte, dieque peregrinaturus, ut intra 14 dies Petropolim perveniat; Juxta hunc calculum fieri posset, ut confirmatio tractatus pacis intra spatium unius mensis obtineatur.

Antequam Oubrilus Parisiis abiret, sollicitus erat de hospitio pro novo Russico legato, affirmaturque illi quam maxime arri-

indiderint, et quacunq̄ue ibat, clara voce exclamaverint: Videte virum, qui nostras victorias pro dignitate, descripsit, atque emolumenta de barbaris reportata ad astra etulit. Herodotus suam historiam scripsit ionica dialecto. Ejus stylus ita est clarus, facilis, et ad persuadendam accommodus, tantamque continet svavitatem, et elegantiam, ut omnibus Historicis praeponi mereatur. Nulla habita ratione criticorum, qui ejus historiam in trutinam vocarunt, complectitur quam maximam veritatem antiquorum factorum; plerumque enim provocat ad certos testes, quod si facere nequeat, ingenue fatetur, se eorum veritatem non propugnare. Verbo: Hoc est Herodotus inter Historicos, quod Homerus inter poetas, et Demosthenes inter oratores. Illi attribuitur etiam vita Homeri, quae in fine libri noni legitur; verum ista novum quempiam habet auctorem. Optima editio est, quam Anno 1716. adornavit Jacobus Gronovius. Cum se ad evitandam Lygdani tyrannidem ad Thuriōs receperit, saepius insignitur cognomento Thuriū.

B I O G R A P H I A.

Haec pertinet ad numer. 63.

Haro (Dom. Ludov. de) Hispanicae Aulæ regnante Philippo IV. Minister celebris,

sisse pulcherrimum in platea *Montblanc* aedificium.

Omnes copiae, quae ad suppetias Mareschalli Lefebvre referuntur, et ex variis magni exercitus Divisionibus constant, ad suas legiones discesserunt; Ipse autem Mareschallus Lefebvre petiit Augustam Vindelicorum. In Provincia Darmstadiensi nulli amplius sunt milites. Tertii ordinis cohortes trans Rhenum commorantes, trajecto hoc fluvio, properant ad suas legiones.

Eraat ad interiora Galliae expedita mandata, ut variae legiones subsidiariae ad complendum numerum magni exercitus promoverentur, verum, ut primum pax inter Russiam subsignata fuit, Imperator bellico Ministro significavit legionum itinera in Germaniam suspendenda esse.

BIOGRAPHIA.

Herodotus, Pater profanae Historiae, et celeberrimus Graecus Historicus. Ejus Pater vocabatur Lixus, Mater autem Dryo, natus est Halinarnassi in Caria Anno ante Christum natum 404. contulit se ad insulam Samos, inde transit in Aegyptum, in Italiam, et totam peragravit Graeciam. In hac peregrinatione didicit Herodotus nosse originem, et facta nationum, ediditque 9 libros, qui hodie extant. Graeci quibus eos in ludis olympicis praelegebat, tanto applausu exceperunt, ut iis novem Musarum nomina

indide
exclan
victor
molu
etulit
jonica
facilis
tanta
tiam
reatu
ejus
plect
rum
ad c
inger
prop
ter h
et U
tur
noni
habe
Ann
Cum
ad T
nom

—

lae

indiderint, et quacunq̄ue ibat, clara voce exclamaverint: Videte virum, qui nostras victorias pro dignitate, descripsit, atque emolumenta de barbaris reportata ad astra etulit. Herodotus suam historiam scripsit ionica dialecto. Ejus stylus ita est clarus, facilis, et ad persvadendum accommodus, tantamque continet svavitatem, et elegantiam, ut omnibus Historicis praeponi mereatur. Nulla habita ratione criticorum, qui ejus historiam in trutinam vocarunt, complectitur quam maximam veritatem antiquorum factorum; plerumque enim provocat ad certos testes, quod si facere nequeat, ingenue fatetur, se eorum veritatem non propugnare. Verbo: Hoc est Herodotus inter Historicos, quod Homerus inter poëtas, et Demosthenes inter oratores. Illi attribuitur etiam vita Homeri, quae in fine libri noni legitur; verum ista novum quempiam habet auctorem. Optima editio est, quam Anno 1716. adornavit Jacobus Gronovendus. Cum se ad evitandam Lygdani tyrannidem ad Thurios receperit, saepius insignitur cognomento Thurii.

B I O G R A P H I A .

Haec pertinet ad numer. (3.

Haro (Dom. Ludov. de) Hispanicae Aulæ regnante Philippo IV. Minister celebris,

filius erat Dom Diego de Haro, et Franciscæ Guzman, cujus frater Casparus Guzman, Comes ac Dux de Olivarez similiter officio Ministri Status sub eodem Philippo IV. fungebatur. Hoc absque hæredibus defuncto. Dom Ludovicus de Haro Bonorum ejus possessionem adeptus est. Insignes, quibus instructus erat, animi dotes, placidaque, ac mansueta indoles eidem amorem Regis procuravere, cui summi momenti servitia præstiterat. Conclusa cum Belgis pace, 1659 inito cum Cardinale Mazarino tractatu, bello Gallico finem imposuerat, quod dein felix connubium Ludovici XIV. Regis cum Hispaniæ Infante sequebatur. Anno 1660 a Rege suo pro Marchionatu Ducis et Grandis Hisp. Classis 1æ dignitatem cum titulo Principis pacis obtinuerat; ut memoria confectæ 1659 pacis in familia Domoque ejus perpetua reddatur. Dom. Ludovicus de Haro honoribus opibusque plenus 17 Novembr. 1661 ætatis suæ an. 63. ad vitam meliorem migravit. Cum Consorte sua Catharina de Corduba, præter proles alias, filios duos genuerat: Casparem, et Joannem Dominicum. Hic absque sobole decessit. Casparus Pro Rex Neapolis 16 Novembr. 1687. obiit. Filia ejusdem unica, ex Antonia de la Cerda prognata, anno 2688. Francisco de Toledo Duci Albano nupsit.